UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

E Ante L

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

eum egreſſus eſſet ex arca. Dicimuſq; egredior tem/plo ⁊ e tẽplo: ⁊ templum.i.extra gradior templũ. In de egreſſus ⁊ egreſſio.

Egurgito as:pe. cor. ſignificat exhaurio. Plautus in Epi. Atq; egurgitem domo prorſus.

Eho Interiectio eſt ad ſe vocantis:vel nutus eſt intẽ/tionẽ depoſcentis eius cum quo vult loqui. Teren. in an. Ehodũ ad me. Alias interiectio admirantis vt apud eundẽ. Eho.an tute intellexti.hoc aſſimularier.

E Ante J

Ei:datiuus ab is ea id:aliquãdo habet qualitatis vim. Tereñ.in an. Ei ne ego vt aduerſer:hoc eſt tali tam bono. In metro plerũq; monoſyllaba dictio eſt ſicut cui ⁊ huic licet quandoq; etiam duarum ſyllabarum reperiatur: vbi e modo corripitur:modo producitur Iuue. Iuuenes hortantur: vt illam Ire viam ꝑgant ⁊ eidem incumbere ſectę. Lucr.lib.vj. Scilicet ⁊ flu uius qui viſus maximus ei.

Ei mõ adhortãtis eſt:modo corripientis ελληνιστι εια και ριμααπο του εαω εω.

Eiicio is:extra iacio excludo. Virg. Necnon Tarqui nium eiectũ Porſenna iubebat accipere. Quãdoq; extendo. Idem. Eiectoq; incumbit ceruuus armo. Eiectum quoq; pro naufrago idem poſuit. Eiectum littore egentem excepi. Hinc Eiectitius a um. Pli. Vulua eiecto partu melior ꝙ̃ edito Eiectitia vocat̃ illa:hęc porcaria.

E Ante L

Elabor:pe. ꝓ.extra labor:effugio:eo modo quo lubri/cus anguis aut anguilla manu preſſa lapſu fugit Vir gili⁹. Ecce aũt lapſus pyrrhi de cede polites. Plau. in cap. Ea ſpes elapſa eſt.i.effugit: Hiero. in ꝓlogo Iob. Vt ſi velis anguillam aut murenulã ſtrictis te/nere manibus: quanto fortius preſſeries:tanto citi⁹ elabitur. Cice.per tranſlationẽ. Hic fratri ſuo cenſo re qui proximus ante me fuerat elapſus eſt: hoc eſt accuſatorum veluti preſſentium manus effugit.

Elaboro as: Vide in dictione laboro.

Elamite pe. ꝓ.dicti ſunt perſarum principes:ab Elam filio Sem: vt ait Ioſephus.

Elaphos pe.cor. latine ceruus. Unde Tragelaphus Hircinus ceruus.

Elatus pe.pro.ſublimis:excelſus:eminens; ſuperbus: ab effero rs.

Electra teſte Heſiodo nympha oceani ⁊ Tethyos fi/lia: vxorq; Atlantis cuius filia quedam etiã Electra dicta fuit quę Ioui Dardanũ peperit dicẽte Virgi. lib.viij. Dardanus iliacę prim⁹ pater vrbis ⁊ auctor Electra vt graij perhibent athlantide cretus. Et ſub dit. Electrã maximus atlas edidit ethereos humero qui ſuſtinet orbes. Alia fuit electra Horeſtis ſoror.

Electryon. Amphitryonis frater ⁊ filius Alcei.

Electrũ:gũmi ſiue lachryma ſuccus ve ex arboribus pi/nei generis profluens:qđ a latinis ſuccinnum dicit̃: naſcitur vt inquit Pli.in exoticis inſulis ſub metalli ſpecie ⁊ gleſſum dicũt barbari. Hinc electriferas in ſulas gleſſarias. Cui⁹ coloris ſimilitudine puto eam mixturã electrũ dici quę ex parte quadã auri ⁊ argẽ/ti conficitur dicente Plinio lib.xxxiij. Aurum in quo quinta argenti portio eſt electrum vocatur.

Elemoſyna munus quod inopi datur ab ελεοσ quod miſerationem ſignificat. Quod nomen apud genti/les raro legitur cũ apud chriſtianos frequentiſſimũ inueniatur. Spartianus de Caracalla. Non tenax in largitionẽ non lentus in eleemoſynam.

Elegans pe.cor.nomen eſt non participium ab eligo: vt Cicero libro de opti. dicẽdi genere innuere videt̃ cum inquit. Nam ſi vt in epularũ apparatu magni/ficentia recedens non ſe parcum ſolum:ſed etiam ele/gantem videri volet eliget quibus vtatur. Sunt enĩ plereq; aptę hui⁹ipſi⁹ oratoris de ꝗ loquor ꝑſimonię Eſt igitur elegans idem qđ cultus:ornatus politus quaſi qui eligere ſciat:aut qui ipſe ſibi ſit eligendus. Tereñ. Regẽ elegantẽ narras. Hinc elegantia.

Elegãtia dicta eſt ꝙ ſit electa ⁊ ſeparata a vulgari opi/nione ⁊ accipit̃ ꝓ cultu ⁊ ornatu ꝗ tamẽ apud vete/res non ad ingenũ ogã:ſed dũtaxat ad nimis amenũ letũq; cultũ ac victũ applicabat̃. Nec ſine vitio erat nunc elegans ſolũ laudando dicitur: vt elegans ora/tio. Eſt ⁊ elegãtia elocutionis pars quę facit vt vnũ/quodq; verbũ pure aperteq; dici videatur. Huius duę ſunt partes latinitas et explanatio. Latinitas quę ſer monẽ purum ſeruat ab omni vitio. Explanatio eſt ꝗ reddit apertam et dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur.ſ. vt vſitatis verbis vtamur ⁊ ꝓ/prijs. Vſitata ſunt quę verſant̃ in conſuetudine quo/tidiana. Propria ſunt ꝗ eius rei de qua loq̃mur ver/ba ſunt aut eſſe poſſunt.

Elegia.pe.pro. ſiue Elegeia miſerabilis vel miſera ab ελεεω miſereor ελεοσ miſeria. Unde elegi ꝟſus dicti ſunt ꝙ ad fiſtulam luctus cantari ſoliti erant aut ꝙ his miſerabiles hominũ erũnę: ⁊ amoris querimo nię decantant̃. Romani id gen⁹ carminis qđ cũ lamẽ tatione adcanitur mortuis neniam nuncuparũt. Vn de tractum vt epitaphia quoq; defunctoꝝ elegis ver ſibus ſcribantur. Ouid. Flebilis indignos elegia ſol ue capillos. Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Dicitur elegiũ metrum et elegia ⁊ per diminutionem elegidion. Perſius. Nõ ſi qua elegidia crudi dicta/runt proceres. Penultima huius nominis Elegia a poetis longa profertur. Har. Detineat cultis aut elegia comis. Ouid.lib .de reme. Blanda pharetra tos elegeia cantet amores. Statius vero lib.j.ſylua rum. Quas inter multũ petulans elegia ꝓpinquat. Huius metri princeps fuit Callimachus. Secũdus Philetas. Ab elegus fit elegiacus a um. Elegiogra phus qui elegiam ſcribit.

Elementa ſunt principia omniũ rerũ:a quibus ſumitur incrementum ⁊ in que reſoluunt̃. Unde notas lr̃arũ ſcriptores elementa vocant:eo ꝙ ſint principia ora/tiõis. Nã ex dictiõib⁹ ſyllabe: ex ſyllabas lr̃ę fiũt ad ſimilitudinem mundi elementorũ. Sicut eñ illa coe/untia omne corpus efficiunt: ſic he coniuncte littera/lem vocem quaſi corpus aliquod componunt. Inde elemẽtarie littere dictę ſunt primitiue. Iulius Capi/tolinus. Puer inq̃t litteris elemẽtarijs ⁊ calculo im/butus. Sic lex moyſi ⁊ omne vetus teſtamẽtum ele/mentũ dicitur ab apoſtolo:quibus quaſi ab elemen/tis ⁊ religionis exordijs: deum diſcimus. Quomo/do enim elementa inquit Hierony.appellantur litte re per quas ſyllabas ac verba coniungimus ⁊ ad te/xendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoq; muſica habet elemẽta ſua. Et geometria ab elementis incipit linearum. Et dialectica atq; me/dicina habent εισ αγογασ ſuas ſic elementis ve/teris teſtamenti vt ad euangelicam plenitudinẽ ve/niat ſancti viri eruditur infantia. A Seneca ſenex ele mentarius dicit̃ cũ ait lib. v. epl'arũ. Turpis ⁊ ridicu la res eſt elementarius ſenex. Sunt autem quattuor elementa rerum principia. Aer: ignis:terra:aqua: ꝙ omnia ex his gignuntur alunturq; ab alẽdo dicta vel poti⁹ vt Hiero. ſcribit in cõmentario epiſtolę ad he/breos elemẽta quaſi eleuamẽta: eo ꝙ ex ipſis cetera originem ſumant:initia videlicet ⁊ fundamenta crea turarum. A quibuſdam etiam dicuntur Elimẽta ꝑ i. litteram quaſi fabricamenta ab eo quod eſt elimo as ꝙ ex eis fabricata ſunt omnia. De his quattuor ele/mentis ſic ſcribit Amb.libro Hexa. Eſt autem terra

arida et frigida. Aqua frigida ⁊ humida. Aer calid⁹ ⁊ humidus. Ignis calidus ⁊ ſiccus. Et ſic ſibi ꝑ has iugales qualitates ſingula miſcentur elementa. Nā terra cum ſit aridę et frigidę qualitatis: connectitur aquę per cognationē qualitatis frigidę. Et ꝑ aquam aeri: quia humidus eſt aer. Aqua ergo tanq̄ brachijs quibuſdam duobus rigoris et humoris: altero terrā altero aerem videtur amplecti. Frigido terram: aerē humido. Aer quoq̄ medius inter duo compugnantia per naturam: hoc eſt inter aquam et ignem vtrūq̄ illud elementū conciliat ſibi: quia et aquis humore ⁊ igni calore coniungitur. Ignis q̄z cū ſit calidus ⁊ ſiccus natura calore aeri cōnectitur: ſiccitate autē in cōmunionē terrę ac ſocietatē refunditur: atq̄ ita ſibi ꝑ hunc et chorum quendam concordię ſocietatiſq̄ conueniunt. Unde ⁊ gręci. στοιχεια dicuntur: quę latine elementa dicimus ꝙ ſibi conueniant ⁊ concinunt. Pythagoras ceteriq̄ phyſici principia quattuor elementa ꝓpoſuerunt ex quibus aīalia conſtant que in corporibus noſtris euidēter apparent: carnes ⁊ oſſa terrena ſunt: humor ⁊ ſudor aquatici. reſpiratio ex aere. Calor ex igne. Ab elementis habemus corpus a deo animum.

Elenchos grece reprehēſio argumentū ⁊ idem fere q̄ᵒ συλλαβοσ quaſi comprenſio ſicut Cice. ad Atticum ſcribit. Sed latini indicē dicunt. Etenim quomō librorꝫ indices ⁊ pulchritudine ⁊ varietate colorum ⁊ magnitudine litterarū libros exornant: et res alias ſui indices: ita hi geſtantiū habitū illuſtrare ⁊ quaſi indices eorꝫ videnť eſſe απο του ελεγχειο q̄ᵒ ſignificat arguere ac patefacere: id quod ſolēt indices ab indicādo noīati. Sunt enim Elenchi margaritę ꝓceriores faſtigiata longitudine. Pli. Elenchos appellant faſtigiata longitudine alabaſtrorūz figura in pleno deſinentes orbe. Iuue. Auribus extenſis magnos cōmiſit elenchos. Et hi quidē bini aut terni fęminarum auribus ſuſpendebantur. Item cauillatoriū dictum elenchos appellatur. Unde ⁊ pro quodā argumenti genere ſumitur. Unde ſophiſtici elenchi apparentes redargutiui.

Elephas tis ⁊ elephātus ti. animal notuꝫ q̄uis ꝓ ebore: hoc eſt elephanti dente quādoq̄ ponať. Uir. lib. geo. In foribus pugnā ex auro ſolidoq̄ elephanto. Elephanti biennio vtero graueſcunt nec amplius q̄ ſemel gignunt: nec plures q̄ ſingulos. Uiuunt annos trecentos. Hos primū vidit italia pyrrhi regis bello in lucanis: ⁊ boues lucas nominauit. Boues a magnitudine. Quoniā noſtri maximam quadrupedē quā haberent vocarēt bouem. Lucas a lucanis. Alij lucam quaſi lybicā dictam volunt ꝙ ex aphryca huiuſmodi beluę primo fuerint in italiam ductę. Uarro A luce lucas appellatas exiſtimat ꝙ elephanti relucebant propter inauratos regios clypeos qui in turribus his erectis conſpiciebāť. Neuius. Atq̄ prius locuſta pariet lucam bouem. Auſo. Ut lucas boues olim reſumpto ꝑferoces ꝑlio fugit iuuctus romula.

Elephantinus a um: pe. cor. nomen poſſeſſiuum: vt pellis elephantina.

Elephantia ſiue elephātiaſis: ⁊ Elephas: eſt ceu lepre quoddā genus elephantorꝫ: cuti ſimile crebris ſūma corporis parte maculis: ac tumoribus rubore paulatim ſe in atrum vertente. His non ora tantū: atq̄ manus ſed ſurę ac pedes inflantur: vt hinc recentiorum plerīq̄ non alios putent eſſe elephantiacos: q̄ quib⁹ crura ſic intumeſcunt: vt pedes elephantorum habere videantur. Origo morbi ex atra bile: non quidem omni: ſed retorrida morbus inexpugnabilis: atq̄ vt cancer vnius partis: ſic elephas totius corporis q̄ſi cuancer exiſtimatur. Caſſiodorus. Cutis animalis elephāti vlceroſis vallibus exaratur a qua trāſportata eorꝫ neſanda inq̄t paſſio nomē accępit. Pli. li. xxvj Elephātiaſis nō fuit in Italia ante. Cn. Pōpei tꝑa.

Elephantiacus: qui morbū elephantię habet.

Elephantina vrbs que diſtat a thebis ęgyptijs viginti ⁊ octingentis ſtadijs.

Elephantis idis: nomen viri qui libellos ſcripſit quib⁹ varia genera cōcubitus varioſq̄ coeūdi modos cōplexus eſt. Mar. Nec molles elephātidis libelli.

Elephantini libri apud priſcos fuerunt in quibus ſenatuſconſulta ſcribebanť q̄ ad principes ꝑtinebant.

Eleo es: maculo. Lucil. Si hic veſtimenta eleuit luto ab eo riſum magnū ad cachinnū imprudēs ſubijcit.

Eleuies purgatio. Idem. Ut eleuiem facere per ventum veſis.

Elea ciuitas lucanię quā quidaꝫ Helā a fonte nominauerunt. Alij a palude dictam opinātur quę gręce τελοσ dicitur. Ab elea dicti ſūt eleate Parmenides phus ⁊ zeno Pythagorici ambo per quos eleam inſtitutis legibuſq̄ bene formataꝫ fuiſſe autumat Strabo libro. vj.

Eleus dictus bacchus: quaſi pius pater: ꝙ libertatem hominibus pręſtet: gręci ελεον miſecordiā dicūt.

Eleuſis: ⁊ elenſin ciuitas in Attica ꝓuincia non longe ab athenis in qua regnauit Eleuſius: quē Ceres docuit omnē agriculturā ⁊ in ea myſtica cereris celebrabantur: a qua tota ꝓuincia Eleuſina dicta eſt. Ouid. Cercyonis letum vidit cerealis eleuſis. In hac Triptolomus natus eſt. Stephanus byzantius πολισ εστι ωνομασ θηδε υπο του υιου ιεπου και πολλα περι τησ δημητροσ.

Eleotheſium latine vnctuariū: ⁊ ſumitur pro loco in q̄ vnctores vngere ſolebāt corꝑa poſt lauationē.

Eleutherius nomen viri quo ſignificať apud nos liberalis ingenu⁹ ꝑuator liberatorq̄. eleutheria libertas.

Eleutheros flumen Pli. lib. ix. Teſtudines Phęnicio mari vltro veniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherū effuſa multitudine.

Eleuo as: pe. cor. ſurſum leuo: in altum tollo. Plautus Cape dū lapidē hunc atq̄ eleua. Item ſignificat aufero vnde eleuatū pro ablato poniť. Item extra leuo minuo extenuo ⁊ res geſtas verbis deꝑmo. Tractū a re ponderoſa: quę vt par ſit eleuatur. i. imminuitur Liuius lib. iij. Maior inquit ſi vana noſtra. P. C. auctoritas ad plebem eſt: vos eleuatis eā quippe q̄ plebs ſenatuſconſultū in cōtinuandis magiſtratibus ſoluit. Idē lib. xxviij. Q. Fabius res geſtas in hiſpania eleuauit. i. depreſſit. Quintil. lib. v. Gentiū ſimul vniuerſarū eleuata teſtimonia ab oratorib⁹ ſcimus.

Eleucus fluuius qui medię magnā partē irrigat.

Elicio is: pe. cor. cui. citum. vel xi. ctum. ſignificat educo extraho: vnde illecebre argentarię dictę ſunt meretrices ab eliciendo argento.

Electo as: frequētatiuū formatum ab electum ſupino. Plau. in Aſi. Ibo aduerſum atq̄ electabo quicquid illud ſit. Hoc eſt mulcebo: et bono modo ſępe foras exire faciam.

Elicito as: pe. cor. frequentatiuū formatū a ſupino elicitum. Syllabarū tempora notamus cum etiā in ſimplici medicina de qua galenus facit opuſculū laudat orthographiā cuius titulus eſt εισ ποσα και τινα χρησιμον εγενετο το διαστειλασθαι τασημαι ομενον των ονοματων.

Elices penultima cor. ſulci aquarū per quos aqua collecta educitur.

Elico as. pe. cor. inuerto.

Elico onis pe. cor. Inuerſor ⁊ inuolutor rerum.

Elido is pe. pro. ſi. ſum. effringo exprimo excludo: prefoco diſſipo occido. Ci. lib. ij. Tuſc. He ſunt ille fibrę ſtirpiū: quas initio dixi perſequende ⁊ oēs elidende ne vlla vnq̄ poſſit exiſtere. Plau. in Ru. Iubeo ocu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

los elidere. Sue. in Ceſa. Ac ſepe pre turba eliſi exa/nimatiqꝫ ſunt. Virg. Geminoſqꝫ premens eliſerit angues. Itē elidere eſt colligere. Idez lib. iij. Ter ſpumā eliſam ⁊ rorantia vidimus aſtra.

Eligo is pe. cor. Vide in dictione Deligo.

Elimino as. pe. cor. extra limen eijcio: excludo. Actius Egredere exi. effer te: elimina vrbe.

Elis ciuitas arcadie: iuxta quā Alpheus fluuius oritur Hinc eleus a um. Virgi. lib. iij. geo. Hic vel ad elei metas ⁊ maxima campi Sudabit ſpacia.

Elinguis qui ſine lingua eſt. Item qui mutus eſt ⁊ loq̇ non poteſt etiam ſi linguam habeat. Amb. Mutus es: elinguem te feci.

Elinguo as: linguam extraho: ſeu lingua priuo. Plau. in Aul. Si hercle ego te nō elinguandā dedero vſqꝫ ab radicibus: impo: auctorqꝫ ſum vt me cuiuis caſtrādum loces.

Eliquo as: pe. cor. Vide in dictione Liquo as.

Eliſſa fuit nomen ꝓpriū Didonis. Nam dido lingua phenicea latine virago dicitur

Elimo as. pe. ꝓ. Vide in dictione Delimo

Elixum dicit̄ aqua coctuz ꝙ lix ignis cinis appellatur. Nam cinere olle ſuppoſito coqui ſolent carnes non aſſande. Var. autē per trāſlationē calceos elixos ſcribit quaſi madefactos vt eſt caro que elixatur.

Elixo as: aqua coquo. Lau. Valla. Quod in prandio carnes quaſdā parū elixaſſet.

Elogium teſtificatio de aliquo honoris vel vituperationis cauſa. Et aliqñ ſimplex teſtificatio ſentētie: vt Cice. Solonis quidē ſapientis elogium eſt quo ſe negat velle ſuā mortē dolore amicoꝝ ⁊ lachrymis vacare. Vituperationis. Quintil. Nō eſt iudices ꝙ putetis ideo nullū adiectum ad exheredationē iuuenis elogiū quia de ſcelere cōſtaret. Honoris. Ci. in Ca. Quanta in Attilio Calatino: in quē illud elogiū vnicū plurime ꝯſentiūt gētes populi primariū fuiſſe viꝝ Sene. Deceſſit negociator teſtamento oīm bonorū ſuorū reliquit formoſam vxorē heredē: et adiecit elogium. Quia pudicam comperi. Dicitur etiam elogiꝰ ſicut epitaphiū ⁊ epitaphius.

Elychniuz: dicitur funiculus ille papyraceus ſiue ſparteus canabinus ve aut ſtupeus qui ſtās in oleo puritur: quem et thryallida ⁊ phlomon quoqꝫ greci appellant. Plinius. Et e medulla eius elegantiuz lucernarum ellychnia fiunt.

Eloquor penul. correpta ſignificat ſicut ſuum ſimplex. Quintil. Eloquor cū omnia que mente conceperim promo: atqꝫ ad audientes ꝓfero. Virg. Eloquar an ſileā? Plau. in Am. Reſqꝫ vt facta eſt eloquar. Qua ſi aperte loquar. Aliquādo eloqui eſt dicere qđ propriū eſt oratoris: a quo eloquentes dicunt̄: qui in dicendi ratione ꝑfecti ſunt.

Eloquentia dictio ex omni parte ꝑfecta: totum rhetorice corpus continet. Ab eloquēs: elocutio que ab elocutum ſupino fit: eſt idoneoꝝ verboꝝ: ac ſententiarū ad inuentionē accōmodatio.

Eloquium modo ſermonem: modo facundiam: modo elogium ſignificat. Plau. Dulci ac blando eloquio amicam ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus nō nobis ſolis nos natos eſſe.

Elpes nomen proprium Boetij vxoris. De qua epitaphiū eſt. Elpes dicta fui ſicule regionis alūna. Quā procul a patria coniugis egit amor. Quo ſine meſta dies nox anxia flebilis hora. Non ſolūqꝫ viro ſpiritꝰ vnus erat. Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito. Maioriſqꝫ anime parte ſuperſtes ero. Porticibus ſacris iam nunc peregrina quieſco Iudicis eterni teſtificata thronum. Neue manus buſtū violet ne forte iugalis Hec iterū cupiat iūgere mēbra cinis.

Elongo as: lōge facio remoueo: vt Elōgaſti a me amicum et proximū. Aliqñ protraho: differo. Pli. Quo maxime tēpore dies elongantur.

Elonginquo as: idem qđ elongo. Aug. Dñe ne elonginquaris miſericordias tuas a me.

Elorus pe. pro. Sicilie vrbs ab eloro amne qui cāpis ſuperfunditur ſicut nilus dicta: proxime pachynum in quo piſces cibum manu capiunt: vt teſtatur Pli. lib. xxxij. De hoc Sirius ſidonius Drepane atqꝫ vnda clamoſus elorus. Virgi. lib. iij. Exupero prepingue ſolum ſtagnantis elori. Sunt tamen qui hoc nomen aſpirent.

Elpenor pe. ꝓ. nomen comitis vlyſſis q̇ a circe cū alijs socijs i porcū ꝯuerſus fuit. Iuue. Et cū remigibꝰ grunniſſe elpenora porcis. Homerus facit libro. xj. odyſſ. Per necromātiā interfecti elpenoris Vlyſſez ire ad inferos. ελπενορ δετισ εσκε νεωτατοσ ου τετι/λιην αλκιμοσ ενπολεμω ⁊ ſubdit. αλλα κα/ταντικρυ τεγεοσ πεσεν κλεοι αυχην αστρα/γαλων αγηψυχη δεαιδοσ δεκατηλθε.

Elucum penultima pro. languidum vel hallucinatorē: aut nugarum amatorē ſiue halonem: hoc eſt heſterno vino languentem ſignificat.

Elucifico as: luce priuo.

Eluceſcere ſignificat valde luciduz fieri. Hieronymus Qđ vt clarius eluceſcat: ſumamus exempluz ab his corporalibus ſenſibus.

Eludo is pe. pro. manifeſte ſeu perfecte derideo: decipio. Cice. Sed vos ab illo irridemini ⁊ ipſi illum viciſſim eluditis. Eſt ⁊ eludere: vt Do. ſcribit ludo finē dare. Terē. in Eu. Eludet vbi te victum ſenſerit.

Elumbus ⁊ elumbis: qui euulſum habet lumbum: vel qui prelūbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

Elugeo es. pe. ꝓ. Vide in dictione lugeo

Eluo is: elui elutum ſignificat lauo ſeu lauando exhaurio extra purgo. Col. libro. j. Quod etiam venenatē liquoris eluit perniciem. Idem Villica debet curam adhibere: vt ſi que feces aut amurce in fundis vaſorum ſubſederint ſemel: ſtatim emundentur: ⁊ nō calidiſſima lixiuia ne vaſa ceram remittāt ſemel atqꝫ iterum eluentur. Lactā. lib. v. Quanto ſatius eſt mentē potius eluere que malis cupiditatibus ſordidatur. At eluare eſt gule inſeruire ſeu luxurioſe: effundere. Cice. pro Sex. Quid tu meo periculo gurgis ac vorago patrimonij eluabare.

Eluuies. Vide in diccione Alluo is.

Eluo as: pe. pro. exprimo extramitto foras: aquam colo ſeu quid ſimile ex luto aut alia re feda. Vir. lib. ij. Geor. Aqua elutabitur omnis id eſt exprimetur

Elutrio as: de vaſe in vas transfero. Quod quidem et tranſuerſo dicitur. ſed rarius. Forte a lura: que os culei eſt. Vnde lurcones capacis gule hoīes.

Elurus pe. pro. animal a grecis dictus apud latinos felis. Gel. li. xix. Eluroꝝ quoqꝫ oculi ad eaſdem vices lune maiores fiunt: aut minores: ſcribitur cum diph. Aelurus de quo ſupra.

Eluſco as. Vide in dictione Luſcus.

Elyſium cū y. locus quem alij inferorum ſuis felicitatibus plenum: alij fortunatas inſulas: alij circa lunarē circulum dicunt: vbi iam aer purior eſt.

E Ante M

Emancipo as: penultima correpta manumitto: libero. Vnde emancipati qui duobus modis intelliguntur Aut hi qui ex patris iure exceſſerunt: aut qui aliorum fiunt domini. Aliquando emancipatus idem eſt qđ deditus: et veluti in mancipium adſcriptus. Cice. in Cato. Ita ſenectus nimis honeſta eſt: ſi ſeipſam defendit: ſi ius ſuum retinet: ſi nemini emancipata eſt: ſi vſqꝫ ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos. Qui emancipat dicit̄ emancipator.